



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Epitome Instituti Societatis Jesu**

**Sesti, Curtius**

**Bruxellis, 1690**

Sect. II. De ejus Auctoritate in genere.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

præsentes absentesque judicant. *d* Nec im-  
 meritò tam multa præscripta sunt; cum  
 bona, & mala Capitis habitudo in univer-  
 sum corpus redundet. *e* Quæ forma ser-  
 vanda sit in ejus electione; habes in For-  
 mula Congregationis Generalis à §. 2.  
 ad 55.

*d* P. 8. c. 6. §. 6.  
 & F. & Form.  
 Con. Gen. §.  
 29. & 38.

*e* P. 10. §. 8.

SECTIO II.

De ejus Auctoritate in Genere.

1. **A**uctoritas Præpositi Generalis (ut  
 de ea primùm agatur in genere) *Jurisdictio ejus*  
 summa est, quæ propemodum potest esse: *in Societate*  
 summa. *summa.*  
 nam dicitur expedire, ut ille omnem ha-  
 beat auctoritatem in universa Societate ad  
 ædificationem: ex qua, præter cetera quam-  
 plurima, illud sequetur commodi; ut uni-  
 versus Ordo ad Monarchicam gubernatio-  
 nem compositus, maximè servetur unitus;  
 ipsiusque membra per universum Orbem  
 dispersa, per omnimodam hanc subordi-  
 nationem, suo Capiti colligata, promp-  
 tiùs, atque faciliùs à Summo Capite  
 CHRISTI in terris Vicario, moveri pos-  
 sint. *f*

*f* P. 8. c. 1. §. 7.  
 & P. 9. c. 3. §. 1.  
 & Jul. III. p.  
 64. & Gregor.  
 XIV. p. 281 &  
 Paul. V. p. 310.

2. Hanc auctoritatem liberam, & ge-  
 neralem, & plenam in universos ejusdem  
 So-

*Et in omnes*  
*Socios statim ab*  
*electione.*



g Paul. III. p.  
37.

Relatè tamen  
ad Institutum,  
& Christiana  
mansuetudine  
exercenda.

h Paul. III. p.  
12. & Jul. III.  
p. 64.

Societatis Socios ubilibet commorantes, etiam exemptos, cum primùm juxta Constitutiones Societatis in ejus Præpositum electus fuerit, habeat & exerceat. g

3. Jubeat autem ea, quæ ad constructionem propositi sibi à Deo, & Societate finis cognoverit esse opportuna: & in Prælatione sua benignitatis, ac mansuetudinis, caritatisque CHRISTI, Petri, Paulique formulæ, semper sit memor: & tam ipse quàm ejus Consultores, ad normam hanc, assiduè spectent. h

### SECTIO III.

De Potestate admittendi Socios, Collegia, &c. & administrandi Bona temporalia.

Potest admittere ad Novitium, & Gradus.

i P. 9. c. 3. §. 1.  
& Greg. XIV.  
p. 181.

1. **E**X tam ampla facultate descendendo ad particularem, 1. Generalis potest per se, & per alios admittere, sive ad probationem, sive ad Gradum Scholastici approbati, aut Coadjutoris formati, sive ad Professionem, quos admittendos judicaverit. Poterit etiam eosdem dimittere. Quid autem in admissione ad singulos gradus, aut dimissione servandum sit, vide supra.

2. Ad